



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

XVI. Vt episcopo non liceat tertiam de parochitanis ecclesiis tollere; sed quae instituta sunt debeat obseruare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

dixerit, ad aures hoc sui perducatur episcopi; ipse autem datis bonis hominibus ex latere suo, iudicem hoc iubeat quærere; & si sceleris huius causa fuerit inuenta, ad cognitionem episcopi hoc reducant; & processa ex ore eius sententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam alius facere præsumat. Si quis sententiæ huius ordinem non obseruauerit, excommunicationis sententia feriendus erit, & a clero abiiciendus.

## XVI.

Bene disposuit diuina gratia, quidquid vnaquæque ecclesia a fidelibus collatum est, habeat. Priscis quippe Canonibus erat decretum, ut episcopus de parochitanis ecclesiis tertiam sequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt. Placuit huic sancto Concilio, ut nullus prouinciæ Lusitaniæ episcopus sententiæ huius terminum excedat, nec a qualibet parochitana ecclesia tertiam auferre præsumat: sed quidquid exinde consequi potuerat, totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat. Omnes vero suprascripti presbyteri, qui virtutem habuerint, episcopo suo placitum faciant, ut reparare ecclesias sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab episcopo suo districti, ecclesias sibi creditas (ut ratio permittit) digne reparent. Ecclesiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, sollicitudine, intentione, & dispositione episcopali (ut ratio permiserit) habeant reparationem.

## XVII.

Quia per diuinam gratiam in sancta Dei ecclesia episcopalis ordinatur potestas, dignum est,